

SILVO KOPRIVA
Ljubljana
Resljeva c. 13/I

UDC 886.3—1=03.71

MAMA — MATERCULA

(Niko Grafenauer)

Matercula est in orbe cunctorum optima,
Libenter ipsa cum mihi subrideat
Nec non quod est etiam patri par proprium.

Iterum lubens matri pater dat oscula,
Cum matre dormit atque mane surgit is;
Promittit usque quaelibet matri pater.

Expressa imago lucis ope monstrat patrem
Habentem in umeris matris, en, manus suas
Rixatur et cum matre, quae mecum facit.

Patris legit sententias matercula,
Optata mater cuncta conicit patris.
Iuvat patrem, quando dies sunt asperi.
A mane si morosus est, tum mitigat.

Non esse sola quidem potest matercula
Aut esse par cuius in orbe patruo.
Certó scit ad nos omnis hoc: quod mater est
Enim melius potiusque dimidium patris.

Qui fieret absque matre tum patri meo,
Quando eius íret in órbe dimidiúm modo,
Eheu, maneret sic nihil pro me patris!